



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

15 De fructibus rei venditæ, anad emptorem pertineant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

dictam pensionem emptori, aut ei actionem cedere. Sic etiam domo vendita, cum ea locata esset pro annua pensione: siue venditio præcesserit diem soluendæ pensionis, siue eam fuerit subsecuta pro rata temporis pensio ad emptorem pertinebit: siquidem pensio in prædio urbano soluitur pro fructibus, qui quotidie percipiuntur, scilicet, pro eius usu, & habitatione. Item ex hoc sequitur, venditio fundi post fructus ipsius perceptos, & tamen ante diem pensionis soluendæ, pro qua locatus fuerat a venditore, eam pensionem commode & utilitati venditoris integre cedere: quod prædicti Doctores communiter adnotarunt, tametsi Dyn. & Alberi in d. §. ultimo. Rom. consil. 10. Angel. in leg. diuortio. in princ. colum. 3. ff. solut. matrim. per textum in d. §. ultimo. contrarium iure verius esse responderint. Et profecto satis vrget pro Dyni sententia text. in d. §. ultimo. in hæc verba: *Trigonino suggerente quid putarem fructibus aridis, qui ante percepti in prædijs fuissent: respondi, si nondum dies pensionis venisset, cum adducta sunt, eos quoque emptorem accepturum.* Hæc tamen Iurisconsultus. Ex quo videtur, tempus, ac diem soluendæ pensionis potius considerandum esse, quam id tempus, quo fructus percipiuntur. vnde opinio Dyni satis probata à quibusdam censetur. Sed respondet Bart. in d. §. ult. esse illud speciale in re vendita à fisco: emptor enim percipit pensionem cedentem post ipsam venditionem, etiam si ea soluatur pro fructibus ante emptionem perceptis: nam & hoc est emptori privilegium datur in compensationem damni, quod patitur ex eo, quod cogitur stare colono fisci. Bart. in d. §. ultim. Albericus & Fulgosius in d. l. de fund. idem Fulgosius in d. §. si fructibus. pulchre Matthæus de Afflicis in capit. 1. §. his consequenter. num. 15. hic. finitur lex. expeditum siquidem est eumentem à fisco non posse expellere colonum fisci: ne is colonus aduersus fiscum agat. text. in d. l. ult. in princ. Bart. & alij in eiusdem l. §. ult. Bartol. in l. cognominis. C. de munic. & colon. Bal. & alij in l. si filiofamilias. §. si vir in quinquendum. Iason. in d. l. diuortio. in princ. num. 36. ff. solut. matrim. quo fit, vt inter priuatos facta venditione, & perfecta ea lege, vt emptor non possit expellere colonos: aut inquilinos locus non sit Iurisconsulti resposito d. §. ultim. cui id contingat ex spontanea pactione nõ ex necessitate legis à Reipublia statuta, licet hac pactione præmissa nihilominus emptor quamuis expellere colonos minime possit, ab eis tamen mercede, ac pensiones exigere poterit. text. optimus in l. mercedem. §. ult. ff. de actio. vbi hoc animaduertunt Doctor. & Roma. sing. 27. vides igitur, lector optime, quæ ratione Bart. & alij intellexerunt text. in d. §. ult. rectius quidem quam Salycet. in d. leg. fructus. qui existimat ideo pensionem cedentem post venditionem rei locatæ ad emptorem integre pertinere in specie d. §. ult. quod fructus, pro quibus soluenda erat, fuerint pendentes tempore venditionis: id enim falsum est: cum ex eodem responso appareat ante venditionem fructus aridos de quibus dubitatur, perceptos iam fuisse. Quin & illud est considerandum in proposita per Iurisconsultum questione: duplicem fructum quolibet anno ex eo fundo percipi: aridorum inquam, & liquidorum: atque venditionem corrigisse post collectos aridos fructus, prius tamen, quam liquidum perciperentur, & sic ante vindemiam, & ante diem soluendæ pro vtrisque fructibus pensionis: vnde in hac specie erit seruanda Iurisconsulti responsio erga eumentem à fisco: neque absolute adsumenda est Bartol. interpretatio. hoc ipsum coadiuuatur auctoritate Dyni, qui eum locum ita intellexit, vt in fundo, ex quo anno quolibet duplex fructus perciperetur, questionem conciperet, ac venditionem proponeret, & fingeret post perceptionem priorem, & antequam posteriores colligerentur. inde fit, vt non temere Iurisconsultus in initio illius capituli, dum proponit dubium, consideret venditionem perfectam fuisse ante vindemiam: quasi velit, ea perfecta post vindemiam, omnesque illius anni fructus collectos, etiam nondum cedente die pensionis soluendæ: ad venditorem, non ad emptorem pensionem pertinere, nec enim iam ageretur de patientia emptoris, vt colono staret: cum ea perceptis fructibus necessaria non sit, in quo cogitandum censeo. Nam & pro hac consideratione perpendi poterit pulcher text. in leg. si fundus. §. ultim. ff. solut. matrim. in hæc verba: *Quod in semenem erogatur, si non responderint messes, ex vindemia deducitur, quia totius anni vnus fructus est.*

Nec mihi placet, quod in hac re scribit Fulgosius in d. §. si fructibus. dicens, emptorem, qui colonum expellere potest, nul-

lam pensionem partem, nec pro rata quidem consequi possit ab ipso etiam venditore, nec actionis cessionem, cui libi hoc, nam emptor colonum non expellens negotium venditoris vtiliter gerit, vt satis constat.

Ceterum tractari solet hoc in loco pulchra questio, numquid si promisso pacto de retrovendendo ad certum diem, vel quoties pretium à priori venditore oblatum fuerit, sine seruanda decisio Iurisconsulti in d. §. si fructibus. vnde ea eiusque interpretatione, fructus rei vendita pertineant ad priorem venditorem, postquam is solenniter, & opportune pretium rei obtulerit, & videtur, eandem considerationem hic locum habere, ex l. 2. §. l. com. re fundam. Cod. de pact. inter empt. & vendit. vbi probatur, fructus rei venditæ ad venditorem primum pertinere ex die moræ commisit ab emptore nolente seruare pactum retrovendendi. & item frequenter Docto. admonent in d. l. 2. §. in l. qui Roma. in princ. de verb. obligat. Tiraguel. lib. 2. de retrat. §. 5. glo. 2. sicut ab eisdem probatur, fructus rei venditæ cum pacto reuendendi, perceptos tamen ante moram emptoris effici, ad ipsumque pertinet. idem glo. vbi Cardin. & Imo. in cap. illo vnde pignorum. quorum opinio communis est, igitur vel erunt hi fructus emptoris, vel venditoris integri quidem absque vlla distinctione: emptoris sane qui percepti fuerunt ante diem reuenditionis: venditoris autem, qui eo die pendentes in fundo fuerunt, atque in hac specie animaduertunt Alex. in d. leg. qui Roma. in princ. nu. 10. & Baldus consil. 389. lib. 4. Chassaneus in consuetud. Burgund. rubr. 5. §. 1. num. 26. Contrariam sententiam, imo habere fructus pendentes pro temporis rata diuidendos esse inter venditorem & emptorem, expressim adierunt Raphaël Cuman. in l. ult. ff. de iure fisci. Idem in d. leg. qui Roma. in princ. vbi Socin. n. 20. Iason. num. 37. Hieron. Cagnol. in l. 2. num. 76. §. 5. glo. 4. num. 4. quorum opinio celebris est, & ad praxim omnino memoriæ commendanda: cui suffragatur, quod in d. leg. qui Roma. Bartolus scribit in principio, dicens, quod si actum sit inter debitorem & creditorem, vt fructus pignoris er editor percipiat loco vfarum, & pignus debitor solutione liberet ea parte anni, qua fructus ex pignore nondum fuerint percepti, nihilominus fit diuisio fructuum eius anni pro rata temporis inter debitorem, & creditorem: quod opinionem magis communiter alij in ea. l. qui Roma. post Bart. approbant. Sed hæc ratio mihi non satisfaciat: cum in hac questione quam Bartolus & alij tractant, fructus loco vfarum ex pacto ad creditorem pertineant, vltura vero cessationem solutionis sortis respiciant. l. lecta. vefic. sed cum fructus ff. si certum petat. ideo mirum non est, fructus pro rata diuidendos esse, cum & vltura, quarum loco recipiuntur, vique ad diem solutionis vere, pro temporis rata debeantur. Adde citur præterea pro Cuman sententia, quod idem Bart. cui plerique accedunt, scripsit in d. leg. diuortio. numer. 10. ad fin. vbi soluto matrimonio, fundi dotalis fructus eius anni pro rata temporis diuidi inter virum & vxorem, ex d. leg. diuortio. ea ratione censuit, quod restitutio fundi dotalis à marito vxori fiat ex necessitate, non ex voluntate, sicuti fit in venditione: & ob id diuersum ius censi in his duabus traditionibus: quatenus ad fructus pendentes attineat. Sed & ista ratio sufficiens non est: nam licet reuenditio hæc ex necessitate pacti præcedentis, tamen non ex hoc sequitur, fructus, & pendentes pro rata temporis diuidendos esse inter emptorem, & venditorem, alioqui sequeretur idem dicendum fore, si venditor rei dominus vendere rem cogatur vel ex testatoris, cuius hæres est, mandato, vel ex promissione fiat eodem emissæ de vendendo emptori: quoties emptor emere voluerit: quibus sane casibus non opinor ex illius Iurisconsulti sententiam in d. §. si fructibus. licet traditio fiat necessitate cogente. Nec est penitus efficax ratio Bartol. leg. diuortio. ea siquidem decisio alia ratione procedit: nempe pro oneribus matrimonij, que maritus temporis rata sustinuit: & ideo fructus dotis, qui ad idem subsidium spectant, pro rata eiusdem temporis ad maritum pertinebunt. Adhuc in comprobationem eius, quod Cumanus adnotauit, equissima ratio perpendi potest ex eo, quod venditor primus pretio libi dato ab emptore vitur eiusque commoda percipit, nec id offerre, aut deponere curat, donec videt fructuum vendentiū collectionem instare: vtriusque ea cautela, vt eodem anno, & commode pecunie, & fructibus rei vendita, fruatur, quod vergit in maximum pretium.

pro iudicio emptoris, qui ex ea pecunia, vel aliam re fructiferam, vel lucrum aliquod honestum percipere possit. Quod fit, ut Cumanus opinio ad praxim humanior, æquior, & conducibilior, nec a iure abhorrens appareat. Nec ibi dicitur text. in d. leg. 2. quippe qui intelligendus sit pro rata obere text. in d. leg. 2. quo reuenditio fit: non autem de eiusdem annis integris fructibus, licet & hi tempore reuenditionis, aut consignationis pretij pendentes fuerint. Et quoniam illæ sententia quibusdam non admodum iuri conueniam vili fuit, erit temperanda ita vt locum habeat, vbi reuenditio ex pacto fit: certo ab initio constituto pretio: nam in ea fieri ex pacto debeat incerto pretio, cum id in reuenditionis contractu fructibus iam pendentibus in conuentionem deducatur, censendum erit ex pretio re ac pendentionem fructus venire. sic id e Cumanus, Socinus, & Tiraquellus existimant rem istam definiendam esse. Secundo diligenter animaduertenda ea ratione, quam pro Cumanus adduximus, videtur eius decisionem minime esse recipiendam, vbi tempore reuenditionis fructus erant iam maturi, & pendentes, ac breui post venditionem eos emptor perceperit: nam si postea cum reuenditio fieri debet, fructus istidem sunt maturi, pendentes aut propediem colligendi itidem integre ad venditoris em pertinebunt: nec pro rata veniunt inter eum & emptorem diuidendi, quod equitate maxima suadet, & ob eam ab opinione Cumanus hoc in casu recedendum censent, tanquam Tiraquellus dicit. gloss. 4. num. 9. non coactus Gallo- rum consuetudine etiam in hac specie admittat Cumanus responsum.

Sed ex Cumanus sententia infertur ad id, quod frequenter accideri potest: si quis rem aliquam ad vitam emerit, & is mortuatur fructibus pendentes; nam hi fructus pro tempore rata ad defuncti heredes pertinebunt, quemadmodum dicitur in d. qui Rome. num. 21. Socin. existimat.

Secundo, deducitur intellectus ad Regias constitutiones, nempe l. 13. tit. 10. lib. 3. Fori. l. 6. tit. 7. lib. 5. ordim. l. 70. Tauri. ex quibus proximior consanguineus potest intra nouem dies a die venditionis facta pretij consignatione retrahere rem patrimoniale, autam ve: nam si tempore retractus fuerint pendentes fructus, hi pro rata pertinebunt ad primum emptorem: pro rata, inquam, temporis, quo dominium ipsius rei primus emptor habuerit. Est tamen dubium non inele- gant circa eadem Regias constitutiones, a quoniam die fru- ctus rei venditæ pertineant ad proximiorum retrahentem, cui non sit traditio ex retractus petitione eo die, quo pretij offerre, & consignat: Sed multo post, & forsitan lite mota, ac per sententiam definita. Quidam etenim censent fructus ad retrahentem spectare a die litis contestationis super retractu: & hi sunt Alber. prima parte statuti. 4. 97. Guido Papæ decisione 257. resque videmus. §. si actione. ff. de vsur. Boerius tit. de retractu. in consue- tud. Bituricens. §. a col. 3. Faber. in §. actionum. colum. 2. de actionibus. Ioan. Igneus in l. audum. C. de Contrahen. emptio. num. 50. & sequent. Tiraquellus lib. 2. de retractu. §. 15. gloss. 2. num. 4. quorum opinio procedit, vbi fructus petuntur, vt fructus: nam si petantur, vt interesse, a tempore morę debentur, & restituendi sunt secundum eundem Fabrum, & Boerium, mora aut contra- hitur ex die oblationis & consignationis pretij: text. in l. 2. §. si inter emptorem. l. acceptorem. l. acceptam. C. de vsur. l. oblatione. C. de solut. l. sumra. ff. solut. matrim. l. magnam. C. de comite. stipular. quod expressim in hoc dubio adnotauit Ioan. Ign. in d. l. au- dum. num. 49.

Tertio, ab eadem Cumanus consideratione oportet defini- tire questionem in praxi frequentissimam, quoties reditus annui, qui census vulgo dicuntur, cum pacto redimendi conuenitur: siquidē contingit eos redimi tempore, quo non- dum dissolutionis cessit, & ambigitur an pro rata tēporis temporis debeantur? vidi profecto semel aduocatum quen- dam in controuerſa lite apud Regium Granatense tribu- nal maximo conatu contendere, pro temporis rata sen- tum emptori deberi ex eo, quod consuetum sit, in his contractibus eam legem apponi, & expressim caueri, vt si redituum fiat redemptio, census pro rata eius anni soluatur: & ob id etiam hac clausula non expressa idem esset dicendum, ac si expressa fuisset: cum consuetudine ad huc con- uentionibus appositæ & expressa censeantur, quod si noluit. §. qui ad huc. ff. de edict. l. vlt. C. de fideiusor. cap. quod translationem. de vsur. cap. cum M. de constit. vbi hoc ipsum animaduertunt. Abb. Bal. mol. Felin. & alij Communiter Felinus in cap. ex literis etiam. §. de fide instrum. Iason post alios in l. certi conditio. §. si num-

mos. ff. si cert. petar. num. 24. Socin. consil. 101. volum. 3. & Euerar. in Topicis. cap. 63. Verū isthęc allegatio parum firmitatis habet quippe quæ nec conueniens sit, nec iure probetur, cum ex inspectione instrumenti, & scripturæ appareat a contra- hentibus eam conditionem expressam non fuisse. l. quacun- que. §. vlt. ff. de public. nec enim facta præsumenda sunt. l. in bello. §. facta. ff. de raptu. nam & text. qui passim à Doct. allegantur, non probant in specie eorum adnotationem: & præsertim in d. c. cum. M. tantum probantur ea, quæ necessario sunt ex- primenda, & ex natura actus subintelliguntur, expressa censeari licet omilla fuerint. Sic ea, quæ sunt naturalia cō- tractus expressa censeantur. d. §. qui ad huc iuxta l. emptori duplam. ff. de edictio. l. exemptio ff. de actionib. empti. Deinde ambigua dispo- sitio est intelligenda iuxta id quod consuevit fieri. d. c. quod translationem. l. vt liberis. C. de collationib. l. si prius. §. 1. ff. de aqua pluua arcen. Similiter quæ in pactum deduci solent, à legibus pro- bata censeantur. dicitur l. vlt. C. de fideiusorib. nec tamen ex his probatur, reliquas conditiones, legesve, à contrahentibus omillas, expressas debere censeari, tamēti consuetū sit eas instrumentis, eorumque conuentionibus apponi. vnde præ- missa allegatio nō omnino recipienda est, quamuis plures iuris vtriusque intérpretes eam probauerint: quibus adde Hippol. singul. t. 23. Felin. in cap. 1. num. 10. vt lit. non concess. Alex. in l. Gallus. §. idem credendum. colum. vlt. Socin. ibi, in consil. 88. lib. 1. nn. 5. Röchum, de consuet. fol. paruo 6. colum. 2.

Ad questionem igitur respondendum erit etiam ea lege contractus non expressa, censum deberi emptori pro rata illius anni, quo redemptio fit: cum ob rationem Cumanum ob id, quod scribit Balin cap. cum M. de constit. colum. 2. in verbis, nota, quod nomine. dicens, pensiones reditusve pecunia- rios, qui non debentur pro fructibus, diuidendos esse inter emptorem, & venditorē habita ratione temporis: sic ergo reditus annui, qui debentur nō ratione fructuum, sed pre- tij, quo empti fuerunt, diuidendi sunt pro rata temporis inter emptorem, & venditorē: etiam si venditio horum redi- tuum non fiat ex pacto reuendendi: sicuti ex prædicta de- ductione Baldi colligitur euidenter: sed & in specie, vbi hæc euenditio fit ex pacto redimendi hoc notant Hiero- nymus Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empto. & vendito. num. 77. & Tiraquellus lib. 2. de retract. §. 1. gloss. 3. Licet Guido Papæ quæst. 271. scripserit consuetudine obtentū vt redimens censum liberetur à solutione integra proximi termini. Nec mihi placet, quod ipsemet Guido opinetur, nempe redimentem censum ante tempus constitutum eius solutioni debere omnino soluere eius anni censum integrum ex liqui Roma. in princ. ff. de verbor. obligatio: a qua deduci solet, accipientē mu- tum sub vsuris cum pacto, vt vsque ad biennium sortem non possit soluere, non posse prius soluere: & si soluere vo- luerit, teneatur ad integras eius biennij vsuras gloss. Alberic. Bartol. & Docto. Communiter in d. liqui Roma. in princ. Nam præter id, quod isthęc Doctorum frequentissima ad d. liqui Roma. interpretatio maximam duritiem habet, nec iure manifesto probari potest. Imo falsam eam esse censent Carol. Molinæ in tract. de contractib. quæst. 55. ad propositū à me questionem nihil attinet, cum in ea liberam habeat vendi- tor facultatem redimendi censum, vt eo pacto apertissime constat, idem dicendum erit in eo, qui super alieno fundo annuos reditus emerit cum pacto redimendi, soluendos tamen in frumento, vino, oleo, aliave fructuum specie: nam tunc hi reditus soluendi sunt ratione pretij, quo empti fue- rint, non ratione fructuum: pro rato temporis diuidentur inter emptorem & venditorē. Quamuis horum redituū constitutio lege lata à Carolo Cesare Hispaniarum Rege prohibita sit: eum redimendi pactum ei cōstitutioni appo- nitur: vt patet ex Comitibus Madridij habitis anno 1549. l. 227. [hodie l. 4. titu. 15. libr. 5. Recopilat.] itidem Toleti. anno 1539. l. 10. [hodie l. 2. titu. 15. libr. 5. Recopilat.] Sed nihilominus emi potuerunt iuste hi reditus ea lege non obstante absque pacto redimendi, perpetui scilicet: imo & constitui potuerunt cum pacto redimendi super propria re, quam quis in alium transfert per contractum census, ea lege, vt sibi quotannis soluantur tot frumenti mensuræ, redimendi facultate cōn- cessa quoties certa pecunia quantitas soluta fuerit: in hac mehercle specie locus est diuisioni pro rata inter redimē- tem & accipientē pecuniam pro redemptione, eo tempore quo nondum dies soluendi census, hæc colligendorū fru- ctuum cesserit: siquidem hi reditus non soluuntur ratione fructuum, nec vt eorum pensio, sed ratione translati
Cominij

dominij in ipsum redimentem: & praterea licet hoc cessaret, congruit Cūmani consideratio huic opinioni: atque ita semel in hoc Regio pratorio per sententiam definitū fuit in hac, quam ultimo loco proposui, contractus formula.

Prius tamen quam ab hoc egrediamur capite non erit alienum expedire, quid in pensionibus ecclesiasticis agendum sit: cum pensionarius mortem obierit ante diem solutioni pensionis constitutam: vtrum pro rata temporis eius heredibus pensio reddenda sit? Cui quaestioni oportet praemittere qualiter fructus beneficiorum ecclesiasticorum eius anni, quo mortuus fuerit, qui beneficium habebat, sint diuidendi: praemissa consuetudine, ex qua reditus ecclesiastici, & ex eis adquisita ad heredes clericorum pertinent: vtrumque heredes sint, etiam consanguinei, vel extranei: licuti tradidimus cap. cum in officio de testament. & quidam parem esse reasentes habentem beneficium usufructuario, opinantur fructus ante obitum collectos ad heredes defuncti: pendentes vero ad ecclesiam, vel successore integrè pertinere. *Et usufructuarius ff. quib. mod. usufruct. amit. hoc sane placuit gloss. & ibi Doct. in cap. si propter. de re script. & in cap. present. de offic. ordinari. in 6. praesertim Dominici. & Franco. ibi gloss. in l. i. C. de annis c. vlt. lib. 11. Hostiens. Henric. Cardin. Imol. & aliis in cap. vlt. de pecul. clericor. Corset. in singula in verbo, clericus. tradit Matth. de Afflictis in cap. 1. §. his consequentur. hic finitur lex. probat id optimus text. in pragmat. sanct. tit. de annat. §. itera quot. atque ita hanc opinionem fatetur Communem esse Alberic. in d. l. diuortio. num. 12. & licet gloss. in d. cap. present. exigat fructus esse collectos, & in horrea reconditos, vt defuncto debeantur, & eius hereditatis sint. idem gloss. in d. cap. si propter. & l. si fur. in principio ff. de usufruct. & in l. ex diuerso. in princ. ff. de rei vendic. verius tamen est satis esse quod fructus sint a fundo separati, licet non fuerint reconditi. Cardin. Imo. & Barbat. in d. cap. vlt. ad finem. Alberic. in d. num. 12. Dominici. in d. cap. si propter. Franc. in d. cap. present. Salycet. in l. si pater. C. de usufruct. Floria. in l. qui scit. §. si alieno ff. de vlt. quorum opinio communis est secundū Tiraquel. in lib. 2. de retrad. §. 5. gloss. 4. in princ. Sic etiā si agri pertinentes ad ecclesiasticū beneficium, aut domus, aliae praedia ad pensionem annuā locata fuerint: mortuo possidente beneficium, pensiones eius annuā ad eum pertinebūt iuxta distinctionem l. defuncta ff. de usufruct. superius traditam, vers. de pensionib. vt in hac specie scribit Ange. cons. 245. num. 7. vers. 6. Cui adde Cardin. consil. 110. sed in hac ipsa quaestione, cum apud me comperit satis sit, non esse a qualē usufructuario clerico habenti ecclesiasticum beneficium: quemadmodum ostendi in d. cap. cum in officio. & videam reditus, ac fructus beneficiorum à iure dari sacerdotibus ob ministerium, quod ecclesis exhibent in earū regimine & cura, aliusve diuinis obsequiis capiti. cum secundū de preben. existimo equius, & iure verius esse, fructus eius anni, quo mortem clericus obierit in d. d. ante pro rata temporis ad defuncti heredes pertinere: quod expressim adserit Alber. in d. l. 12. & quamuis Bar. & alij ibidem, & gloss. in pragmat. sanct. d. §. nem quod, hoc quidem asserere tentauerint: nihilominus aui non sunt ab ea sententia, quam communem esse diximus, discedere. mihi sane probatissima visa est Alberici opinio: praesertim ex ratione d. l. diuortio. Imo eam procedere, cōstantur arbitror etiam in renunciante beneficio ecclesiastico: ob eandem rationē aduersus Alberic. qui in hoc casu communem sententiā veram esse existimat. his quae diximus accedit non incongrua ratio, quā adsumpsimus à Dominico in cap. present. §. porro. supra citato: vbi ex eo text. not. fructus agrorum, & praediorum ipsius ecclesiastici beneficij, eiusque reditus, constitutos, ac designatos esse à canonibus pro oneribus sustinendis totius anni: donec noui fructus collecti fuerint, atq; inter alia Ecclesiae onera connumerantur stipendia ipsis ministrantibus debita, quod palam expressum est in d. §. porro. rationi igitur conueniens est pro rata temporis fructus ecclesiastici beneficij diuidendos esse inter defuncti heredes & successorem, aut ipsam Ecclesiam.*

Superest tandem ad propositam quaestione de pensionibus ecclesiasticis respondere: & in hoc dubio est considerandū, si pensionē ecclesiasticā usufructui simile esse: cum & ea morte extinguatur, sicuti ipse usufructus. Hanc enim similitudinē optimo iure procedere existimat Cardin. in Clem. 1. §. eadem. num. 4. & ibi Imol. num. 26. de sup. neglig. praelat. Ioan. Bapt. de S. Scuerio. in tracta. de pensionib. quest. 2. §. Hieron. Gigas §. 49. & §. 52. & §. 53. ex qua similitudinē infertur quaestio

praedictam esse definiendam iuxta distinctionem tex. in d. defuncta. quemadmodum placet in specie Alexand. in d. l. 15. l. 2. Ioan. Bapt. d. q. 25. & Giganti de pensionibus §. 5. quod testatur ita à viris iuris vtriusque peritissimis respondentibus primo infertur, mortuo pensionario fructibus iam perceptis, ante diem solutioni pensionis constitutam, integram pensionem eius heredibus deberi. Secundo post diem peracta fuerit colligerentur mortuo pensionario, pensionem eius heredibus non deberi etiā quod praedicto die cessent: imo iam solutā repeti posse. Tertio, fructibus partim collectis ante obitū pensionarij, partim post eius mortem perceptis pensionem eius heredibus deberi pro rata fructuum ante obitū perceptorum, hac deducuntur ex traditis per Alex. Io. Bap. & Hieron. Gigantem, & in hoc ipso capite vers. de pensionibus. mihi sane parum aridet isthac Doctorem consideratio, cum pensionarius fructus beneficij non percipiat eos enim percipit, qui ecclesie titulum habet, & adhuc iuris est usufructuario similis, pensio vero, vt frequentius scimus, certa pecuniā, non fructuum quantitas, est à possessore beneficij soluenda, nec ea soluitur pensionario tantum pretium ipsorum fructuum. Nam in d. l. defuncta. agitur de pensione, quae pro ipsius fructibus in eorum pretium pro iplo nigryli rei soluitur: & ideo ea decisio non recte congruat pensionibus ecclesiasticis. Quam ob rem audacter opinor pensionem ecclesiasticā pro rata temporis heredibus pensionarij deberi, cum ea à summis Pontificibus constituitur in alimenta ipsius clerici, cui conceditur: atq; in stipendium eorum, qui ministerij aliquod vel exhibent, vel exhibere ecclesiae ecclesiastico ve ordinari: atq; hac ratione perpendit d. l. diuortio in princ. existimo opinionem istam veriorē & equiorem esse: siquidem pensio ecclesiastica cedere videtur in alimentorum causam. Rom. cons. 388. Hieron. Gigas de pensionibus. quest. 51. qui alios adducit quasi 52.

Ex eo autem quod apud Hispanos satis frequens sit primogeniorū vltus: sapissime dubitatur, an fructus eius anni quo mortem obierit maioratus possessor, pertineant ad eius heredes, an ad successore in ipso primogenio: cui nondum tempore mortis percepti fuerint, sed pendentes, & hoc ipsum dubium in pensionibus locationū tractari solet: quod variam habet decisionem ex varia huius rei cognitione. In feudis receptum est mortuo vasallo ante Calendas Martias, omnes fructus illius anni ex feudo provenientes ad dominū pertinere: eo vero mortuo post Calend. Martias vsque ad Augusti finem, eos habere vasalli heredes. text. optimus in cap. 1. §. his consequentur. hic finitur lex. & consuetudo regni in ip. ibi Doct. & Zafius in epitome feud. part. 10. ad fin. hoc addito, quod si feudum alio modo, quam morte amittatur, fructus pendentes ad eum pertinent, ad quem feudum deuoluitur. Bal. Mart. Laud. & Praepot. in cap. 1. agnat. vel filius. Tiraquel. d. l. 1. de retrad. §. 5. gloss. 4. num. 3. ex feudo sane ad maioratum argumentatur quidam, quemadmodū colligere ex Ioanne Lupi in Rubr. de donatio. §. 69. & Rodrico Zuares in quest. de matritu. Igitur decisio d. §. his consequentur. in primogeniorum successione erit seruanda, hoc tamen displicet ex pluribus: & primo, quod non admodum congrue procedat argumentatio à feudo ad maioratum, inter quae & si sint aliquot similitudines, plura profecto discrimina reperiuntur: sicuti ex p. his authoribus apparet. Deinde in d. §. his consequentur. recitatur feudum à vasallo eiusque successoribus ad dominum at in maioratu mortuo possessore, sed sequentem agratum ea dignitas transit. Praterea non est omnino aequa distinctio textus in d. §. his consequentur. & ideo nisi moribus respondentis recepta fuerit, etiam in feudo, erit in fructibus consideranda distinctio, quae de usufructuario tradita est, secundum Anchar. cons. 193. Hieron. in d. l. §. his consequentur. clem. 2. Alberic. in d. l. defuncta. in fine princip. & Carolus Molin. in consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 1. gloss. 8. numer. 11. Quomodo rem fortassis magis verum est in maioratibus fructuum diuisionem fieri inter heredes defuncti & successorem, eo modo quo fit inter usufructuarium, & proprietarium, vel sicuti fit in fideicommissio considerata Iuriconsulti decisione in leg. Hieronimus in 1. ff. de vlt. in hac verba: Hieronimus Modestus respondit fructus, qui post adquisitum ex causa fideicommissi decessum ex terra percipiuntur ad fideicommissarium pertinere: licet maior pars anni ante diem fideicommissi cedentem praeressisse dicatur. Hactenus Iuriconsulti. Cui duo libet addere, primum in pensionibus

ipfe non meminit, rationem habendam esse in-
 fructum, in quorum pretium foluenda sunt. *l. si defun-*
ctus citata. Secundum ad veram interpretationem
 Modestini pertinere gloff. in *di. l. Herennius.* quam
 ibi commiffarium Doctores, vt affert Alexander in *l. si*
committitur fequantur Doctores. Idem notant, ipfe A-
lexand. §. cum feruus. colum. 2. ff. de legat. i. Idem notant, ipfe A-
lexand. in l. si quis bonorum. ff. de ob. ritu. & Copus de fructu. lib. 2. titu. 3.
quod deditur ab ea opinione, qua tradi folet, do-
minum reilegata in legatariam tranfire ad die adita here-
ditatis: cuius ipfe mentionem feci in cap. Reynaldus. §. 1. de re-
uerentia. & proculdubio aptior est fimilitudo succedentis in
maioratu fideicommissario. l. cum ita. §. in fideicommissio. l. perio. l.
per. ff. de legat. 2. quam vsufructu finito domino integrè
concommoda obtinenti, cum is qui maioratum possidet
tantum vsufructuarius, sed & dominus est verum ip-
so primogenij: tamen nequeat eas alienare. Verum si
aliter rem ipsam p̄ sitemus, æquius ac denique verius
tribuetur inter hæredes defuncti, qui maioratum possedit:
hæc fufforem in iplo primogenio, eius anni quo mors
contigerit, fructus pro rata temporis diuidendos esse: atque
in hoc Regio Granatensî pratorio p̄ sententiam de-
clatum fuisse, memoria teno. Constat etenim primogeni-
um conſtitui veluti dignitatem quandam, vt qui eam obit-
um caput familiae sit: eius honores præcipuos habeat, o-
portetque ferat iuxta prouinciæ mores; nam & alere ex bo-
no & æquo debet viros & familia nobiles, pauperes tamen:
actitulo primogenij in agnationis gloriam, & nomē prin-
cipibus bello & pace feruire: quorum onerum ratione fru-
ctus ipsius primogenij percipit ad obitum vsque, ac pro ra-
ta percipere ens, cum oportet: cum isthæc onera ad vltimū
ipſius spiritum sustineat, & ob id huic decimion accommo-
*datæ optime Iuriconſulti reſponſio in *di. leg. diuortio.* Nam*
et eam illic ad feudum, quod ad dominum non est reuer-
ſum, sed delatum ſequenti agnato, induxerunt Cuman. A-
lexand. num. 3. & Soci. num. 10. eadem fere ratione propter ſer-
uitutem ad quæ agnatus domino obligatur.
 Nam quod primogenij dignitas fit, apparet ex Archid.
 Domin. & Prepoſ. in cap. quam periculosum. 7. quæ. 1. Bald. in l. cum
 in agnatione. C. de iure delib. an. colum. 5. Ioannes Cirier. lib. 1. de pri
 mo genit. cap. 1. & id apud Hispanos satis compertum est, cū
 primogenia familiarum quedam ornamenta ac dignitates
 iſte cenſeamus.

Quibus profecto consideratis illud adijciendum est, quod
 Modestinus scribit, dicens: Non puto delinquere eum, qui
 in dubijs questionibus contra fiscum facile responderit. *l.*
non puto. ff. de iure fisci. hinc enim p̄notari solet in dubio aduer-

sus fiscum iudicandum esse, & id veluti singulare animad-
 uertit Matthes. *notabili 77.* Nam & Aurelius Victor scribit
 Traianum dicere solitum: fiscum lienam esse, quod eo cres-
 cente reliqui artus contabescant. Huic conuenit omni-
 no, quæ Plinius in Panegyrico ad Traianum ipsum expressit
 his sane verbis. Quæ præcipua tua gloria est, sapius vincit
 tur fiscus, cuius mala causa nunqua est, nisi sub bono prin-
 cipe. Sic Iulius Capitolinus de Marco Antonio Philosopho
 commemorat: in causis compendij ipsum Imperatorē nuf-
 quam fauisse fisco: meminit Alc. *lib. 8. paterg. cap. 6. Io. Coraf.*
lib. 6. Miscellan. cap. 19. vbi plura de fisco. opt. rex. in l. unica. in
prin. & in §. vltim. C. de caduc. tollen. & in l. iustas. Cod. de iure fisci. lib.
10. Princeps ete nim, qui fiscalibus lucris inhiat, maximam
refert Republicæ calamitatem: cum falsis delationibus fre-
quentius quam oporteat, ansam præbens, vanos delatores
minime coercens: eos ad nequitas impellat: sunt equidem
fiscales calumniæ magna calumniantiū pœna animadu-
erenda: tamen si delationes quandoque principibus vtilis
fuerint, & ideo caute audiendæ, vt veritas diligētissime in-
quiratur. Sed quia Iuriconſulti reſponſum quibusdā a ve-
ro alienum videtur: tot si ci priuilegia potius, quā ipſius rei
congruam æquitatem considerantibus, de eius interpreta-
tione agendum patcis erit. Et profecto, quoties fiscus ad-
uersus priuatum agit de lucro captando, ac de pœna ab eo
exigenda, qui crimen aliquod commiſiſſe dicitur, eius-
que patrimonium ob id ad fiscum delatum cenſetur, & in
dubio contra fiscum iudicatum est: nec ad priuatum res pro-
pria sunt auferendæ. Cuman. num. 11. Socin. 8. Iaf. 37. Ripa
num. 4. in l. 1. ff. solut. matrim. Angel. Aretin. & Iaf. in §. si quis agens
in fine. de action. bus. Felin. colla. quarta in cap. pastoratis. de reſcrip.
idem Deci. in cap. tertio de probation. idem Deci. in l. in ambiguis.
ff. de regul. iur. Hippol. in Rubr. de probat. num. 392. Iaf. in consil. 39.
num. 1. lib. 1. & licet Alexand. in diſt. l. 1. colum. 2. & Alciat. de
preſumpt. reg. tertio, præſumt. 41. diſplicuerit Cumanî inter-
pretatio, admittenda tamen est: ne aduersus fiscum, cui iura
impense fauent, passim temere iudicemus. Imo fortassis ea
fuit Iuriconſulti mens, vt in dubio, quoties ambiguum fue-
rit, habeatur fiscus in aliqua controuerſia priuilegium,
potentiusve ius quam priuatum, aduersus fiscum pronun-
ciemus eum pari iure, vt priuatum cenſentes, quod Decius
exiſtimat in diſt. leg. in ambiguis. & in diſt. capitu. 3. & in Rubr. de iu-
dic. 2. ſectio. colum. vlt. Ripa d. num. 4. idem in l. si debitor. num. 7. ff. de
pignor.

Hinc poterit definiri questio illa, quæ tractari solet, duabus
 scripturis eadem die confectis, & quarum vna ad vtilitatem
 priuati, altera in fauorē fisci conscripta fuerit: an sit præſu-
 menda prior hæc, quam ea, quæ ad priuatum spectat. Et præſu-
 mendū esse tempore priorem priuati scriptura ex *di. l. nō*
puto. ibi hoc adnotarunt Dynus, Bart. Alberic. quibus acces-
*ſere Matthes. *notabil. 72. Alex. in diſt. l. 1. col. 1. & Alciat. de præſump.**
41. quibus obſtat quod d. l. non puto. minime probat eorū ſen-
tentiam. Item quod non debet esse deterioris conditionis
fiscus quam priuatus. l. 1. C. de conduc. & prociuat. prædio. ff. de lib. 11.
gloſ. in litem veniunt. §. Imperatorum. ff. de petition. hered. vnde ſicut
ſi eſſent duo priuati controuerſentes ob diuerſa instrumen-
ta eodem die confecta, ob incertitudinē alterū instrumen-
tum alteri non prævaleret. l. 1. §. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.
 ita mota lite inter fiscū & priuatum, non est dicendum pri-
 uati instrumentū prævalere instrumento fisci. Imo si fiscus
 ex causa oneroſa agat contra priuatum reſ poſſidentē ex cau-
 ſa lucratiua, præſumitur prius fisci instrumentū tex. in ſig-
 nis in l. 1. Cod. de iure fisci. lib. 10. quæ ita intellexere ibidē Bart.
 gl. Lucas de Penna, Odoſred. Platea & Rebuffus; ac Rom-
 ſing. 158. & Salycet. in l. si debitor. C. de priuileg. fisci. Alex. in addition-
 nib. ad Bartol. in diſt. l. 1. Matth. de Afflic. in diſt. Rub. nu. 47. Clau-
 dius in l. 1. ff. solut. matrimou. in princip. licet priuatus etiā ex cau-
 ſa oneroſa agens contra priuatum rem poſſidentem titulo
 lucratiuo, vt obtineat probare teneatur, ante donationem
 reo factam, sibi ius hypothecæ ad rem illam competiſſe,
 l. de rebus. C. de donat. ante nupt. Sed & si fiscus agat ex cauſa
 oneroſa aduersus priuatum rem eandē petentem iure hy-
 thecæ titulo itidem oneroſo, præſumendum eſſe in du-
 bio prius instrumentum fisci quam priuati. per d. l. 1. conan-
 tur probare Bald. in l. si debitor. C. de priuileg. fisci. Deci. in diſt. l. 1. in
 anbi-

CAPVT XVI.

Qualiter Fisco à iudice fauendum sit.

SUMMARI.

1. Aduersus Fiscum in dubio est iudicandum, ubi is agit de exigenda pœna. &
 ubi intelligit non puto. ff. de iure fisci.
2. Et ad hunc scripturis eadem die confectis prior præſumitur ea, quæ in Fisco. v-
 ſitatam tenet. C. de mun. 7.
3. Ibi probantes sunt paræ, pro Fisco etiam auctore est pronuncian-
 dum.
4. Ex duobus instrumentis contrariis illa potior est, quæ pro fisco lata ſuit.
5. Intelligit ad l. si quis, qui ff. de iure fisci. §. num. 2.
6. In dubio ea scriptura præſumitur prior, quæ dotis causam habet, etiam ad-
 uerſus fiscum. §. num. 2.
7. Quæ dicitur primipulus ad l. fati. C. in quib. caus. pignus vel hypoth. tacite
 contrahitur.
8. Fisco etiam ubi de pœna exigenda tractat, præſertur delinquentis credito-
 rius ex diſt. 10.
9. Lite pendente inter fiscum & priuatum, nequaquam est priuatus ipſe poſ-
 ſiſſe rei, de qua agitur priuatus.
10. Agens actione reali an fateatur rem poſſidere, & ibi quæ d. ubi agitur, vt
 quæ plerique pronunciantur.
11. Lite pendente super nobilitate, quam acimus Hidalguim, an cogatur quis
 conuincere? ſicut exclusus à muneribus que conferri debent nobili-
 bus. h.
12. An in his causis nobilitatis petitionum suspendi possit per poſſeſſores in reo,
 vel ab auctore deducitur?
13. Intelligit Clem. vnic. de caus. poſſ. & Appellationis Iudex de quibus cognoscere
 & iudicare possit, & quæ appellations pendente fieri possit.

Fisci causam iure, ac munere magistratus examinantem
 licet oportet, maximis fauoribus eam à legibus ornata
 esse, quem admodum passim traditur, & præsertim à Fran-
 cesco Lucano Parmensi in tract. de priuilegio fisci, Mart. Laudensi
 in tract. de fisco, & Matthæo de Afflic. in Rub. de fratribus de nouo
 iure. in l. 1. in vsibus feudorum, qui diligenter plura fisci
 priuilegia variis in locis expressa in vnum conſeſſerant.